

r. 1791.

Memorale ad Reges.

MEMORIALE

A D

R E G E S

Exemplis Regum bonus ordo vigeret in Orbe.
Cecinit Althophilus Cosmopolites.

Pacem sequimini cum omnibus, & Sanctimoniam, sine qua nemo videbit DEUM.

Doctor Gentium. ad Hebr: Cap: x2.



V A R S A V I A

Dic 8. Mai Anno Gratiæ

I 7 9 1.



Maxima Virtus cultus DEI, et charitas proximi. Nam
cui nulla DEI cura est, nec cura suorum est, et cui
non Populi cura, nec ulla DEI est.



MEMORIALE

A D
R E G E S.



Jura monent Reges: propriis impendere Regnis
Vires et curas, ut sint felicia semper: (a)

)2(

Cur

(a) Hæc sunt desideria STANISLAI AUGUSTI Regum Poloniarum Maximi, cuius Sapientiam et Paternam sollicitudi-

* *) o (* *

Cur fines ultrà proprios aliena petuntur ?
Non decet in segetes alienas mittere falcem ,
Clandestinè volens aliorum evertere Regna.
Hæc turpis fraus est , species quam pessima furti ,
Nec licet in rabiem totum quis ut excitet Orbem.
Quisquis se præbet Coriphæum dissidiorum ,
Numinis hunc veluti torrens maledicta sequuntur.

Quid prodest homini si per vim possidet Orbem ,
Dum tamen in terris famam disperdit in ævum ,

Et

nem Dies tertia Maji , Polonis æternum sacra , comproba-
vit ; acclamante , et exultante universo Populo : D E U S
Hunc nobis diutissime servet ; uti et ego :

Offero Corde meos ut plures viveret Annos .
Impleat Omnipotens hæc pia vota D E U S .

* *) o (* *

Et patitur pænas animæ sинe fine futuras?
O! quos præfecit Populo Divina Potestas,
Relligio Vobis sit semper cura suprema.
Vertite jam gressus ad cultum Numinis Almi.
Abstulit, heu! vires violenter Gallia Regi.
Quæ sинe Rege furit, vix non cum Grege peribit.
Hæc Gens Vos moveat proprio fædata crux;
Præceps ad laqueos, ad sævas prompta ruinas,
Per quod quis peccat, per idem punitur et ipse.
Et quæ causa mali? Despectus Relligionis,
Atquè Fides temere pravis addicta Sophistis. (b)
Prospicite extemplò, ne vindicis ira Potentis,
Suscitet in Vestris pejora incendia terris.

Disci-

(b) Noti sunt hujus pestilentia Coriphæi, qui suo stylo veluti can-
tu Syrenum infascinârunt Universum.

*)
* * *

Discite justitiam moniti , qui Sceptra tenetis ,
Quid nam Jura DEI jubeant , attendere præstat :
Ex illis nam cuncta fluit fors prospéra Gentum.

Qui Vobis subsunt , humano ex sanguine constant ;
Ac Adæ veniunt , ut Vos , ab origine nati .
Hos cœu consortes Naturæ dicitat amare
Vox veneranda DEI , toti notissima Mundo .
Non premite o ! nimiō subiectos pondere Vestros .
Discite quod justum est , nec fallere fædera Reges :
Nam severa DEI perjuros vindicat ira .
Non sitis cupidi diræ per crimina famæ ,
Co - homines miseros scelus est : exponere morti ;
Sed per virtutem bona fama sequenda Monarchis .
Provocat AUGUSTUS Noster Virtute Sodales . (c)

Præ-

(c) Nemo Regum Nomen Augusti tam dignè portavit , quam No.

* *) o (* *

Præbuit exemplum factis regnando Paternè,
Vos similem normam, Reges! assemitate prompti.
Pacis amore DEI ter Sancti parcite mundo;
Numinis in facie Mundus Vos ut benedicat,
Vosqué ævi Dominus condigne coronet in Astris.

ster PATER PATRIÆ, ob omnia qualem, sed præcipue ob
Scientias, et Artes in Polonia præmianto excitatæ. Qui ita
facit, et facit ad finem; laudabitur in terris, et glorificer-
bitur in Cœlis.





3004

F

XVIII 2. 232